

S. Red.

E libris

gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

FERALES NVMERI

quibus

funeri p̄maturo, eique acerbissimo,

VIRI

supra laudem

Fide, doctrina, exemplo in paucis
pr̄stantissimi,

JOANNIS MARTINI RIEDELII,

Phrontisterii, quod Ilfeldæ floret, PRO-RECTORIS,
dum viuebat, grauissimi, quaqua meritissimi, nunc post

fata quam desideratissimi,

enocati ad beatissimas sedes d. VIII Cal. Febr.

ineuntis anni circiter CXXVIII

exuviae solemni exequiarum ritu

coherentur,

Præceptorem non tam ipsum,

quam suam

totiusque reipublicæ litterarioræ

hanc sane paruam jacturam

condolens,

gembundus parentabat

Alumnorum Ilfeldensium ordo superior.

Nordhusæ litteris Celerianis.

Quod dicitur in libro de vita et morte patrum

Apolinis illi, eum dicitur cordi et illius barbare

legemque, quae regimur, tibi


AK



Q VAE rapit atra dies et funere morgit acerbo
Riedelium ante diem, cuncta dolore replet.
Quodque potest vnum pietas, quæ soluere iusta,
Consternata facit, triste canitque melos.
Nec schola nunc tursus mysta annos ante putabat
Septem fatales, quod viduanda foret.
Fama virti, tamquam phoenix, quæ peruolat orbem,
Hæret, et augeri vix magis ipsa potest.
Corpus honestarant mentis bona maxima grande,
Corde fides stabilem fixerat alma locum.
Nouimus, hunc magnum doctorum heroa virorum
Tingere perdocto plurima scripta sale.
Nulla tamen virtus nobis est clarior illa,
Qua cupiebamus tempus in omne frui;
Quum fidus regeret nos, docto gramine pascens,
Aonii radians lumen honorque gregis.
E cuius roseis luxisti mellis labellis,
Quotquot in hac scholica valle volatis apes!
Adfuit ille, caput queis cordi efferre per artes
Ingenuas, mira sedulitate, fide.

Illum non aliter sudantem vidimus, ac si
Nobis sit solis, nec sibi natus homo.
Insignis gravitas, mortum condita lepore,
Pondera præceptis addidit æqua probis.
O quoties passu non stantibus usque tenaci
Exemplum, auxilium consiliumque tulit!
O quoties dixit: studiis intendite mentes,
O iuuenes! multum laudis opisque ferunt.
Hoc tamen in primis subiecit: discite CHRISTVM,
Quo sine doctrina est fabula vana, nihil.
Hic verae sophies pia corda liquore rigabit,
Instillans latices limpidioris aquæ.
Pectoris ipse pios sinceri prouehet actus,
Atque reget sanctæ candida vela ratis.
Hæc percusserunt, imas penetrantia fibras,
Verba, animis nostris quæ meditanda pie.
Commoda plura daret porro, modo si superaret:
Aeterna ast vita dignior ille fuit.
Nam tibi non aliter vigilabat nocte dieque,
Lude, instaurator quam tuus ille vetus.
Quum similes habeas collegas, crede, Neander,
Exstigit e multis proximus hicce tibi.
Si modo non esset dubium, probitate sagaci
Morum præstiterit, robore an ingenii.
O adamas igitur, cui non hæc fata dolorem
Incutiant, lacrymas excutiatque dolor!
Jure fides, candor, lugent doctrina, poësis,
Quæstibus et misericors busta verenda petunt.
Jure chorus tristi modulatur carmina plectro
Noster, quo constet gratia summa viro.
Tv miseris humo, nostro sed corde sepultus,
Quo tumulo haud posses nobiliore tegi.

Aeternis Musæ scribent TUA nomina fatis;
TV, MARTINE, harum MARTYR amielus eras.
Hoc est, quod pollet solum studiosa voluntas,
Hæc sunt, quæ pietas nunc TIBI thura, adolet!
Qui quæcumque potest, heic quem TV rite colebas.
Soluat pro nobis præmia larga-TIBI.
Hic voluit TE inter fulgentes esse magistros
Haud secus ac cœli sidera clara poli;
Et TE victrici redimutum tempora lauro
Splendere in divis Seraphicisque scholis,
Qui quoniam nostro TE iussit abire lyceo,
Faxit, ut in partes mox probus alter eat!



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
kotl. nicht vergeben!

ULB Halle
002 108 178



3

56.

1077

R 40

